IO. BAPTISTAE SCVRO

PATRICII, ET I.C. CROTONIATÆ.

IN IVSTINIANI IMP. INSTITVTIONES
Facilis, & Compendioſa Explicatio.

HAC POSTREMA EDITIONE A MENDIS,
quibus ſcatebat, purgata, & Summarijs locupletata.

PERVSIAE,
Typis Marci Naccarini. M. DC. XXI.

SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO

DOMINO CAESARI GHERARDO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

VT Tibi cuncta bene, feliciterq; vertant, & Neſtoreos annos Deus Opt. Max. tribuat, Card. Ampliſsime, qui per Virtutem ingreſſus Honorem, & ſacra iſta Purpura ornatus, tandem voti compotem hanc Vrbem feciſti! In ea ſane, vt, accepto nuncio, vniuerſa fauſtiſsimis acclamationibus perſonabant, vt facibus, funalibuſque omnia micabant, ſic Typographeium meum obuijs vlnis, vt aiunt, auide recens Dignitatis nomen excepit; quod facile feruentibus tunc Typis acceſsit, & hæſit. Memorabili die, quem nos ſemper honoratum habebimus, Libro Commentario Io: Baptiſtæ Scurò, quem in Iuſtiniani Inſtitutiones ſcripſit, colophonem imponere deſtinaueram: iam enim opus coronidem ſpectabat. Igitur, quod in illam temporum felicitatem incidiſſet,

IOANNIS BAPTISTAE SCVRO I. C.

EXPOSITIO IN PRIMVM LIBRVM INSTITVT. CIVIL.

In Nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

SVMMARIVM.

1 *Ratio eſt anima legis.*
2 *Origo repetenda materiam aggredienti.*
3 *Primæ ætatis tria jura, naturale primævum, naturale ſecundarium, & gentium.*
4 *Secundæ ætatis jus triplex, Diuinum, Propheticum, Ciuile.*
5 *Tertiæ ætatis jus triplex, Euangelicum, Apoſtolicum, Canonicum.*
6 *Lex, canon, ſiue regula, vel a ligando, vel a legendo.*
7 *Lex eſt ſanctio ſancta jubens honeſta, & prohibens contraria.*
8 *Lex de tribus agit: de perſonis, de rebus, & de actionibus.*
9 *Partitio quinque voluminum, quibus jus Romanum continetur.*
10 *Inſtitutionum cauſſa quattuor.*
11 *Actus a cauſſa approbante denominatur.*
12 *Omne agens, adeoque lex ipſa agit propter finem.*

QVATVOR ſunt potentiæ rebus attributæ, vt dicit Soc. & DD. in Rub. de verb. obligat. prima eſt eſſendi: ſecunda vegetandi: tertia ſentiendi: quarta verò ratiocinandi. Prima illa eſſendi competit omnibus, quia cuncta creata habent ſuum eſſe, vt refert Ariſt. in lib. de generat. & corrupt. Secunda vegetandi competit etiam omnibus; nam omnia orta creſcunt, & aucta ſeneſcunt, iuxta illud Boetij;

O qui perpetua Mundum ratione gubernas,
Immotus, ſtabiliſque manens, das cuncta moueri.

Tertia ſentiendi competit animalibus omnibus. Illa quarta, & vltima ratiocinandi, tantùm ipſis hominibus competere dicitur, ratione animæ, in qua, tamquam in ſubiecto, adeſt rationalitas; à qua vltima potentia leges proditæ fuere. † vnde lex in tantum erit lex, 1

¶.Fideiuſſor,& ſeq. 135
¶.Si plures,& ſeq. 136
¶.Si quid autem. 137
¶.In ſtipulationibus. 138
DE Literarum oblig.Rub. 139
Tit. de oblig.ex conſenſu. 143
Tit.de empt.& vend. 145
¶.Pretium. 147
§.Cum autem empt.& ſeq. 152
Tit.de locat.& cond. 154
¶.Adeo. 157
¶.Item quæritur,& ſeq. 160
Tit.De ſociet. 161
¶.De illa. 164
§.Manet,& ſeq. 165
¶.Socius. 166
Tit.De mandato. 167
Tit.De oblig.quæ ex quaſ.cont.naſ. 170
QVIB.mod.toll.oblig. 173
§.Præterea,& ſeq. 175

FINIS.

PERVSIÆ,

Apud Marcum Naccarinum, M.DC.XXI.

SVPERIORVM PERMISSV.